



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Mancius Firabayasii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

P. Mancius Firabayasi.

Japon.
Nangasacki.
Martio.
1615.
ætat. 44.
Soc. 20.

Fides.

Patientia.

Mors.

Philosophicis, ac postea per biennium Theologicis eruditus disciplinis, in patria pro religione multum boni fecit, & multum mali perpeffus est; ut benè faceret genti suæ. Sub Daifui tempestate inter eos fuit qui in Iaponia clandestini se occultare sunt ausi, quò Neophytos in fide firmarent. Labores, & magna rerum, necessariorum penuria illum tandem prostrauere. Dolorem, quos acerrimos patiebatur, condimentum fuere celestes deliciae, quibus perfundi se persentiscens, dulcissimè in illa Iobi verba sæpius soluebatur: *Hæc mihi sit consolatio, ut affligens me dolore, non parcat.* Hisce sæpius repetitis optabat tener-

nerrimè ad IESV, ad MA-
RIÆ conspectum quanto-
cyùs euolare. & euolauit nō
finè singulari suauioris læti-
tiæ significatione.

P. Antonius Rubinus.

Animarum ac martyrij
desiderio flagrans, agebat
quicquid poterat, vt animas
lucraretur. Loquebatur, &
scribebat insigni expressio-
ne suauissimæ teneritatis.
Ego, scribit, pro Christo mo-
ri non mereor: sed ipse di-
gnus est pro quo omnes
moriāmur. Si me videre,
atque alloqui vultis, oculos
in Crucifixum Christum de-
figite: ibi me inuenietis ad
pedes cum Magdalena abie-
ctum, & peccata mea gran-
dia deplorantem. illis sa-
cratis pedibus me totum
contradidi: in illis dormio,

*Italus .
Nangz-
sachi .
22. Mart.
1643.
ætat. 65.
Soc. 43.*

Crucifix^o.